



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. VI. De Decisione. Vid. Infr. Res judicata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

VI.
Pecunia turpiter accepta iustior penes eum est, qui deceptus est, quam qui decepit. *l. 9. de doli except.*

VII.
Decepti venia digni sunt. *l. miles. ii. §. mulier 2. ad L. jul. de adult.*

CAP. V. De Decimis.

Axioma I.

Nemo immunis est à decimarum solutione, nisi se probet immunem *cap. 24. X. de decimis.* acquiruntur verò immunitas à decimis præstandis Gebend Freyhelt privilegio *c. 3. p. 10. 25. X. de transactio. ne c. 2. 8. X. de transactio.* consuetudine vel præscriptione *cap. 1. de præscript. in glo. nam jus decimandi à Laicis potest præscribi.* Wehner *conf. Franc. 77.* per statutum autem nec tolli nec minui posse decimas asserit Bald. in *L. fin. C. sine cens. vel reliq. fmd. comp. non posse.*

II.

Decimæ Ecclesiis debite solvuntur de proventibus molendinorum, pisciarum, de fœno & lanâ, de apibus etiam & de omni fructu. *c. 5. X. de decim.* & potest decimator prohibere asportationem fructuum inque eis ponere custodes, donec solvantur integræ decimæ juxta morem. *Viv. 1. decis. 4.*

III.

Decimarum onus annexum est prædiis Abbas in *c. 16. X. b. t.* & solvi debent in ipso fundo, in quo fructus colliguntur. Bartol. in *L. i. C. de fruct. & lit. exp.*

CAP. VI. De Decisione. Vid. Infr.

Res judicata.

Axioma I.

Allegare regulas, ubi est decisio in terminis, est refugium miserorum & pauperum Doctorum. Felin. in *cap. 1. in 4. col. de præscript.* quem etiam laudat Jacob. Gothofr. *ad l. i. C. de Reg. Jur. pag. 13.* & idè in actu practico laborandum, ut inveniamus decisionem in terminis, cum talem invenire sit Doctoris doctissimi, Felin. in *cap. cum ordinem. col. 4. de rescript.* Ludov. Gomes *ad §. e. que. insit. de act. num. 14.* Knichen de Saxon. non prov. *jur. c. 5. nu. 99. & 100. omnino Borgnin. Cavalcanus 1. decis. 30. num. 38. lect. 2. & in decis. post primam part. decis. seu repert. prim. Morio, in resp. n. 6. sub lit. V.* quia magnum in praxi habere decisionem Doctoris alicujus excellentis in terminis. Menoch. *conf. 73. num. 17. Surd. conf. 379. n. 29. Magon. decis. Florent. 66. num. 31. Af. Rich. decis. 169. num. 8. Welenb. Consil. 240. de success. feudal. num. 18. Schulz. in præfat. Observat. pr. etiam sine lege loquentis, Gom. d. §. e. que. num. 14.* Sunt enim decisiones in terminis securiores, ibique cessant omnia argumenta. Alb. Brun. in *rer. de statut. art. 6. q. 2. in fin. col.*

3. Neque tamen textum vincunt aut rationes. *z. infr. cap. 43. §. 2. f. pag. 363.*

II.

Decisio ista in dubio est eligenda, quæ minus habet iniquitatis. *l. 200. de R. l. ubi Phil. Matth. num. 1.*

III.

Ad decisiones causarum sufficit allegare rationem naturalem *cap. secundo requiris 41. de appell. l. scire 13. §. sufficit 6. ff. de Excus. tut. l. si me & Titium 32. ff. si cert. per. l. ubi autem non 75 §. illud 4. ibi: ipsa natura manifestum est. de Verbor. Obligar. Regn. Sixtin. inter Consil. Marpurg. consil. 18. volum. 2. num. 111.*

IV.

Decisio semper super re certa formatur. Riminald. *jun. conf. 32. num. 78. lib. 5. Thom. Triv. 1. decis. Venet. in præf. n. 5.*

V.

Quotiescunque casus decidendus occurrit, recurrendum (1.) ad consuetudinem loci specialem, (2.) ad consuetudinem istius provincie generalem, (3.) ad Constitutionem Principis istius provincie, (4.) Hisce deficientibus ad Jus Civile vel Canonicum, si hoc in illo casu receptum.

Ratio: quia jus generale semper abrogatur per speciale, & consuetudo loci specialis præferunt attendenda, quia pro jure communi habetur ibi, ubi viger. Gail. *Lib. 1. obs. 36. n. 3.*

CAP. VII. De Declaratione.

Axioma I.

Declaratio, quæ fit factio, fortior est illa, quæ fit verbis. *l. reprehendenda 5. C. de instit. & subst. l. pro herede 20. in princ. de acquir. hered. cap. cum super 23. extr. de offic. deleg. c. ex ore 3. extr. de his quæ sunt à majori parte. cap. ut nostrum 56. extr. de appellat. Tiber. Decian. resp. 46. num. 74. vol. 3. Goedd. inter Consil. Marp. Conf. 25. n. 23.*

II.

Declaratio non nisi semel fieri potest. Jaf. in *l. quicquid astringenda. de V. O.* ideo judex declarans verba ambigua sententiae vel contractus, id mutare vel variare nequit. Angel. in *l. quod iussit. de re judic. l. Si quis intentione 66. ff. de judic. gloss. in d. l. quicquid. de Verb. Oblig. Gilman. 4. pag. 1. vot. 4. num. 11. & 12.*

III.

Declaratio fieri non oportet cum solennitate requisita in ipso actu principali. *l. beredes palam 21. §. 1. & ibi Bart. de testam.* Sicut enim declaratio testamenti dubii potest fieri coram duobus testibus. Bart. in *l. i. C. de Codicill.* Ita & in sententiae declaratione tantæ solennitates non requiruntur, quæ in ipsa sententia. Bart. in *l. ab exectore n. 8. de appell. per d. l. 21. §. 1. Gilman. d. l. n. 11. & 12.* Hinc nulla est sententia declaratoria ex capite, quod sit contra sententiam priorem, & sic sententia contra sententiam lata, *l. i. C. quando provoc. non est necesse. Franc. in c. dilecto quæst. 14. de appellat. Felin. in cap. inter monasterium de re judic. adde l. i. pr. ff. que*